



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

XV. An, & circa quid interrogandi pœnitentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

aliam iurisdictionem habet , à quibus
absoluatur. Sunt, qui velint, ut etiam
reservata eo casu audias ; non video
cur necesse sit, cum ab iis absoluere nō,
possis, neq; cogi debeat pœnitens ea-
dem bis fateri : satisfactionem itaque
impones pro iis, à quibus directè ab-
soluis : Superior pro iis, quæ ad ipsum
deferentur. Si peregrinus ad te defe-
rat casus, in suâ solùm Diœcesi reser-
uatos, non in tuâ ; absoluere poteris :
quia ibi, non tibi reservantur.

NUM : XV.

*De obligatione ad interrogandum
pœnitentem.*

Generatim obligat officium Con-
fessarii, ut pœnitens ritè confi-
teatur : atq; ad id attendere debet, si
quem defectum in illo deprehendat.
Itaq; primò, cum aduertes, pœniten-
tem omittere graue peccatum, aut
circumstantiam, quæ speciem mutat,
aut aliter, quam intelligas, aut nume-
rum

116 *Institutionum Pastoralium*
rum tacere , siue id faciat malitiose,
siue ignoranter , procurare debes , ut
integre , & rite Sacramentum admini-
stretur, appositis ad rem interrogatio-
nibus. Quare habebis animo com-
prehensam summam peccatorum, quæ
committi solent circa præcepta deca-
logi, aut Ecclesiæ, ad quæ peccata etiæ
capitalia septem reuocantur. Placent,
inter ceteros, resolutiones Pastorales
nuper editæ seorsim ex Horto pasto-
rum Iacobi Marcantii. Verùm hic
etiam , vt in ceteris, discretione opus
est : ea tantum interroges , quæ à simi-
lis conditionis hominibus , cuius est
pœnitens , committi solent , cauen-
dūmq; , ne imprudenti interrogatio-
ne pœnitentem doceas peccare , quod
facilè accidit in materiâ luxuriæ , cùm
pueri aut puellæ , aut qualescunq; fœ-
minæ confitentur ; nam si honestæ
sint , mirantur, eam interrogationem
sibi fieri : si inhonestæ , vñdenam Sa-
cerdos ista tam exploratè nōrit ? Po-
tiūs

Hiūs excitandi pœnitentes in genere, ut si quid circa sextum præceptum, & nonum peccârint, liberè & sincerè aperiant, quidquid id est, quod conscientiam grauet. Si verò oblatâ occasione, aliquid interrogandum sit circa peccata luxuriæ, fiat verbis, quantum ea materia patitur, castis. Sicubi pœnitens contrà, quām sentias, non putet se peccâsse, sequi debes opinionem ipsius, non tuam: modò ille probabiliter sentiat.

NVM: XVI.

De obligatione ad docendum, cùm pœnitens errat.

SI in rebus conscientiæ, aut ad Confessionem Sacramentalem pertinentibus, pœnitens tuus hallucinetur, erret, aut aliquid eorum, quæ scire tenetur, ignoret, docere eum debes: sed id tunc faciendum, cùm fructus speratur, neque maius incommodum, aut damnum times illi, vel alte-